

## Auctoritates ex lib. predicamentorum

Aristotelis.

**E**nuoqua dicuntur quorū solum nomen ē cōmune ratio substantie est diuersa vt canis.

**Eninoca** quorū nomen est cōmune et ratio substantie ē eadem.

**Denominatiua** dicuntur quecūq; ab aliquo solo casu cadentia habens denominationē vt a grāmatica grāmaticus, hinc est q; cōcre tū denominat ab abstracto.

**Eozū** que sunt aliqua dicuntur de subiecto: et nō sunt in subiecto: aliq; sūt in subiecto: et nō dicuntur de subiecto, aliqua dicuntur de subiecto et sunt in subiecto: aliqua nec dicuntur de subiecto: nec sunt in subiecto.

**Impossibile** ē q; accidens sit sine eo in quo ē hoc ē sine subiecto. **Boetius.**

**Accidentia** malignantis sunt nature perimi quidem possunt: alterari vero minime.

**Omnis** color est in corpore.

**Scientia** ē in anima sicut accidēs in subiecto.

**Quādo** alterū de altero predicatur: vt de subiecto: quecūq; de eo quod predicat dicitur omnia: etiā de eo qd subiectur dicuntur.

**Diuerzorū** generā et non subalternatim possitorū diuerse sunt species et differentie.

**Superiora** semper de inferiorib; predicantur.

**Decem** sunt entia incōplexa. s. substantia: quantitas: qualitas: relatio: actio: passio: situs: vbi: quando: et habere.

**Omnis** affirmatio est vera vel falsa: incōplexa vero neq; vera neq; falsa.

**Prima** substantia ē que proprie et principaliter et maxime dicitur substare: nec est in subiecto: nec dicitur de subiecto.

**Secūde** substantie dicuntur genera et species de genere substantie.

**Destructis** primis substantiis, impossibile est aliquid aliorū manere, quia omnia alia aut sunt in eis aut dicuntur de eis:

**Cōe** est omni substantie in subiecto non esse.

**A** principali substantia. i. ab individuo substantie, nulla fit predicatio.

**Omni**bus secūdis substantiis et earum disserentis cōuenit vniuoce predicari.

**Eozū** que sūt i subiecto nihil prohibet nomē predicari de subiecto rationem vero ipedit.

**Quis** substantia videtur hoc aliquid significaret

idubitatiliter: verū ē i omnia substantiis i secūdis vō substantiis videt hoc verū ē sub appellationis figura: nō tñ hoc verū ē. s. magis significat quale quid, id est quid cōmuniter apprehensum.

**Albū** nihil aliud videtur significare nisi qualitatem: sed genus et species circa substantiaz qualitatem determinant.

**Substantie** nihil est contrarium.

**Substantia** non suscipit magis et minus.

**Partime** propriū est substantie esse susceptiū contrariorū.

**Ab eo** q; res est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa.

**Quantitas** aliud continuū, aliud discretum.

**Quod** semel dictū est: amplius resumi nō pōt.

**Magnū**: parū: longū: et breue et similia, non sunt in genere quantitas: sed relationis, quia vnūquodq; eozū dicit ad aliqd: sine ad aliud

**Si** magnū et parū dicerentur per se: nunq; mons parū diceret et granū milij magnū ex quo trahitur hec auctoritas, quod per se et tale semper respectu cuiuslibet est tale, vt si aliqd est magnū per se semp; et respectu cuiuslibet est magnum.

**Quanta** fuerit inspicies: tantū albū esse dices.

**Quantitati** nihil est contrarium.

**Quantitas** non suscipit magis et minus.

**Propriū** ē quantitas egle et ineguale dici.

**Ad** aliqd vero talia dicuntur quecūq; hoc ipso quod sunt aliorū dicuntur vel quolibz aliter ad aliud.

**In** relatione est contrarietas, nō tamē in omni.

**Relatiua** suscipiūt magis et min; sed nō omnia

**Relatiua** omnia dicuntur ad conuertentiam.

**Aliquādo** nomina fingere concessē est: si alieui nomē impossiū non fuerit.

**Multa** sunt animalia capita non habentia.

**Relatiua** sunt similia natura sed nō omnia.

**Multa** sunt scibilia quorū non est scientia.

**Sabile** est pū q; scia, et sensibile q; sensus.

**Relatiua** sic se habent: q; posita se ponunt, et perempta se perimunt.

**Qui** vnq; distinet nouit vnū correlatorū nouit distinet et reliquū.

**Relatiua** esse est ad aliud se habere.

**Partes** substantie sunt et ipse: substantia.

**Dubitare** de singulis non est inutile.

**Qualitas** est fm quam quales dicimur.

**Qualitas** est eorum que multipliciter dicuntur.  
**Prima species** qualitatis est habitus et dispositio, secunda naturalis potentia et impotentia, tertia passio et passibilis qualitas, quarta forma et circa aliquid constans figura.  
**Fortasse** alii apparebunt qualitatis modi sed qui maxime dicuntur hi sunt.  
**Qualia** sunt que denominatiue dicuntur ab his.  
**Non sunt nomina** imposta valitudinis sed que dicuntur quales.  
**Habens virtutem** dicitur studiosus sed non denominatiue a virtute.  
**Scientia** est de numero permanens, et difficile mobile.  
**Si quis mediocriter** sciuit scientiam, nisi gradus fiat permutatio ab egritudine: vel aliquo huius modi non recedit. **Boetius** dicit.  
**Quod scientia festinata** non crescit, mediocriter autem sumpta, augmentatur et crescit.  
**Qualitati** inest contrarietas sed non omni.  
**Qualitas** suscipit magis et minus, verum est in concreto sed tamen non omnis, sed plures.  
**Oppositio** est quadruplex, scilicet priuatiua, contraria, contradictoria et relativa.  
**Contrariozorum immediatozorum** necesse est vnum inesse susceptibile: non autem mediatozorum.  
**Priuari**, et habitum habere non est habere et priuatio.  
**Subiectum** potest mutari ab vno contrariozorum ad reliquum, et e conuerso nisi subiectum detur minet subalterum eorum.  
**A priuatioue ad habitum** impossibilis est regressio.  
**Si vnum contrariozorum fuerit in natura**, non est necesse reliquum in natura esse, vt omnino ex istentibus sanis, non est egritudo.  
**Sanitas et egritudo** contrariantur et contraria sunt immediata.  
**Species simul** sunt sub genere.  
**Sicut dicit boetius**: species cocue sunt sub genere.  
**Bonum et malum** non sunt in genere sed ipsa sunt genera aliozorum.  
**Prius dicitur quadrupliciter** primo modo dicitur prius secundum tempus, secundo modo secundum consequentiam, scilicet quod est illud a quo non peruenit subsistendi consequentia, tertio modo dicitur prius secundum ordinem, quarto modo secundum honorem, quinto modo aditus est, scilicet secundum naturam, vnde versus. **Tempore** quod sequitur prius ordine dicitur honore. **Ansando** quozum **Qui**

tus modus est alienus.

**Simul dicuntur** aliqua esse tripliciter, aut secundum tempus, aut secundum naturam inter que conuertitur consequentia, aut simul natura que ex eodem genere vel diuerso a se inuice diuiduntur sed simulatis, possunt accipi tot modi quozum prioris.

**Notus autem sex sunt species**, scilicet generatio, corruptio, argumentatio, diminutio, alteratio, et locum mutatio.

**Quies** est simpliciter contrarium motui.

**Alteratio** est mutatio secundum qualitatem.

**Habere dicitur octo modis**, aut habere habitum vel affectum de prima specie qualitatis, aut habere magnitudinem, aut vestimentum circa corpus, aut in manu annulorum, aut membrum scilicet manum vel pedem, aut aliquid in vase vt in modio triticum vel in lagenam vinum, aut possessionem, aut vrozem vel virum, forte alii apparent modi habere, sed qui pene conueniunt dicitur omnes enumerati sunt.

**Gilberti porretani ex libro sex principiorum.**

**Prima** est compositioni contingens: suscipi et inuariabilis essentia consistens: forma a natura compositionis sciungitur.

**Omne compositum adueniens composito** facit maius compositum.

**Ratio eadem veri falsique** susceptiua est: et albedo claritatis et obscuritatis.

**Substantiale** est quod conseruet esse: ex quadam compositione compositio, vt in pluribus et impossibile est deesse rei.

**Triplex** est substantiale, materiale, formale, et compositum.

**Figura incisionis** est a natura, sentire vero ab actu.

**Natura occulte operatur** in vniuersalibus.

**Omnis comunitas naturalis a singularitate** procedit.

**Creator creatorum**, numero naturam stabilivit.

**Actio** est secundum quod in id quod subicitur, agere dicitur.

**Actio corporis** mouet id in quo est, sed actio anime non mouet animam.

**Animam dum agit** immobilis perseverat.

**Locus** est corpus: anima vero non.

**Impossibile** est non corpus corpore moueri.

**Illud quod mouet de loco ad locum** est corpus.